

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0049

LOG Titel: De Asteria. Cap. I.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.


For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI, ET MEDICI BONONIENSIS ORNITHOLOGIE Liber Quintus.

Qui est DE ACCIPITRIBVS IN SPECIE.



DE ASTERIA. Cap. I.

*Lib. 9. Hist.
cap. 16.
Cur à Buteo
ne Aristoteles ince-
perit.
Li. 2. de A-
uib. c. 14.
Lib. 8. Hist.
c. 3.
L. 10. c. 8.*



ARISTOTELES Accipitrum species enumerans, Buteonem primo loco ponit, tanquam Accipitris genus præcipuum, non quidem quod *varibus sit va-
lentissimus*, ut malè Bellonius putat, hæc ipsa verba Aristoteli, quæ nusquam apud eum leguntur, falsò ascribens, quem alioquin Accipitrum omnium ignavissimum, & pigerimum esse constat, sed quantum ego reor, ob magnitudinem insigne, *qua visus*, ut idem Philosophus adiungit, *æquiparatur*. Phœnix à Circo statim orditur, qua de causa incertum. Neque ullam subesse ego existimo, nisi fortè, quòd prospera auguria facere crederetur. Cùm itaque Buteo maximè sit imbellis, imò ipsamet quasi ignavia, quæ etiam in proverbium abiit, & ad disciplinam iners. Circus verò corpore infirmo, altero pede claudus & more Buteonis murium ac fegidorù rapina victitet, maioribus verò capiendis ineptus: Nos institutæ methodi rationem sequentes, quæ dignitatis ordine procedit, Asteriam Accipitrem tanquam eum, qui & corporis & animi simul magnitudine præstare videtur, alijs omnibus præponendum duximus.

Æ Q V I V O C A.

*Aquila A-
stheria, siue
Stellaris.
Li. 2. de A-
uib. c. 39.
Lib. 14. c. 4.
Ardea Stel-
laris.
Lib. 9. Hist.
cap. 1.
Musteli pi-
sces cur
Stellares di-
cti.
Astures po-
puli.
In Cosmo-
graphia.
Li. 4. de bel.
Phars.*

VOCABVLVM hoc Asterias Græcum, & quod idem significat Stellaris, Latinum, utrumq; per se sine adiecto quoquam alio positum, pluribus sanè competere solet. Nam quo & Aquila quædam Aeliano vocatur Asterias, quam Stellaris vertit Gyllius, quæ quidem est Chrysaëtos.

Et Ardea quædam Aristoteli Asteria, seu ut vertit Gaza, Stellaris est.

Gyllius item Auis meminit nomine Asterias, *quam in Aegypto mansuescieri tradit, atque adèd præclarè humanam vocem intelligere, ut si quis huic convulsam faciens, vel appellaveris serua. ex ea consumela trahatur, vel eandem ipsam vocaueris pigrum, ea sic dolenter idquam ignobilicatis & segnitie arguta indigetur.* Quæ Auis nūquid eadem sit cū nostro Asture siue Astoria, difficile est iudicare. Scio in Aegypto magno honore affici Accipitres, sed humano sermōni assue factos nusquam legi, idq; ijs possimum conuenit, quibus latior lingua est.

Musteli quoq; pisces stellarum cognomento veniunt, omnes nimirum a punctorum, quibus, & ceu stellis insigniuntur, varietate.

Sunt qui hanc, de qua nunc institutus est sermo, Auem nocent Asturem. Sunt autem Astures populi Hispaniæ ceteriori cōtermini, de quibus Aethicus: *Hispania, inquit, est error ab Oriente incipit ex iynens saltibus, à parte Septentrionali vsq; ad Cantabros & Astures excurrit, atq; per Paccas & Oretanos, quos ab occasu habes, posita in nostri maris litoris Caribagine terminatur.* De eiusdem Lucanus:

His præter Latias acies, erat impiger Astur.

Sunt autem dicti Astures ab Asturica vrbe magnifica.

SYNONIMA.

GRÆCIS, vt Aristoteli, Accipiter hic *Αετίας* dicitur. Ad huius nominis imitationem Latini Stellarem vocarunt. Vtriusq; vocis etymologia inde petita est, quod Auis hęc maculis quibusdam, notisq; veluti alteris ac stellis perornetur. Recentiores Latini ex vernacula sibi Italica dictione Latinā facientes, Asturē vocant, Italici enim Astor appellatur. Gallis parumper immutata dictione Autour ipse Bellonio teste. Quas quidem voces omnes à Græca (Αετίας) deortis esse & sonus & res ipsa indicat Nam & Galli fortasse Astur dicituri essent, nisi idiomati eorum S hteram ante aliam consonantem subtrahere peculiare esset.

9. Hist. 16.
Etymolog.
Astur.
Astoye.
Autour.
Lib. 2. de
Auib. c. 16.

GENVS ET DIFFERENTIÆ.

ACCIPITRVM Stellarium seu Asturum differentia variæ admodū sunt. Sed ante quā has recēseamus, prius Asturis ipsius in genere naturam, quaq; à cæteris discrepet Accipitribus, rationem paulisper examinemus, et ex tanta eorum ac vocum consimilitudine varietate natae obscuritati, quoad licet, lucem aliquam adferamus. Omnes enim Asturem ponunt, & plura eius genera faciunt. Sed qui Accipiter proprie dicitur est, Asterias, nemo (quod sciam) hactenus dixit. Accipiter igitur Stellaris ex ferociorum Accipitrum numero censetur, corpore est grandi, vnde ab Aristotele Palumbano, & Pernici comparatur. Nam veritus, ne quis hæc trita genera, ob parem magnitudinem & similitudinem inter se magnam deceptus, pro ipsdem haberet, desertis verbis ea differre monuit. Palumbarium verò ipse Aristoteles alibi maiorem Accipitrem vocat. Punctis verò & notis quibusdam stellas referentibus respersit, vt plurimum Asturem, eoq; nomine ab alijs distingui, ipsum nomen indicat. Quamuis enim & alij Accipitres varij & maculati sunt, huic tamen id maximè competit. In Asture (inquit Albertus) anterior pars capitis extensa paulatim in rostrum, sicut & Aquilæ caput. Falconis verò caput naturaliter non extenditur, nec similiter se colligit. Oculis est varijs, & pellicidis, vultu hilaro. Collum, vt testatur Bellonius, cæteris paribus iuxta vtriusque magnitudinis proportionem, habet longius, quàm Aquilæ. Colore multum ad Aquilæ formā accedit, & fæmina præsentim, maculis tamen vbiq; quàm illa frequentioribus ac densioribus rufis. Corpore plerumq; oblongiore, femoribus præsentim longioribus, atque ideo etiam altioris stature, quàm Falcones. Crura tamen seu tibiae respectu femorum obtinet breuia ac crassa, pedes magnos & crassos. Asturis, ait Albertus, cauda ob longitudinem dependet, quod in Falconibus improbat. Tales animosi sunt, ac fortes. Nam Aues maiores, quales sunt Anseres, Grues, imo & Lepores inuadunt & capiunt. Sunt autem Astures ex genere eorum Accipitrum, qui Pugillares manus factarijs vocantur, id est, qui emissi præterito pugno reuocantur. Sunt etiam & alij qui nisi pinarum sca-pulo reuocari solent. Distinguantur Astures inter se, vel à natura, vel à sexu, tanquam differentijs internis: tum aut magnitudine, aut natalibus, aut colore, tanquam externis. Quanquam de magnitudine dubium esse potest, vtrò referenda sit. Quod ad sexum attinet, iam olim diximus euidens esse discrimen inter marem & fæminam. Fæmina enim in toto rapacit. genere maior & nobilior est mare. Quæ quidem differentia in Asturibus aperte obseruatur. Mas omnium rapacit. plerumque Terceilinus vocatur, & fæmina minus audax est, minusq; robustus.

Differunt etiam natura hac ratione, quod quidam circa aquas degant, victum ex his petant, alij verò terrestres sint, quia vt plurimum in terra viuunt, & Gillinaceas & Columbaseas Aues, aut Lepores etiam prædentur. Horum animaliosiorij existimantur, qui littora seu ripas accollunt, quòd magnas Aues aquaticas fæmina audacit. inuadunt, vt Anseres, Cynos &c.

Magnitudo etiam non minimam inter eos facit differentiam. Nam præterquam quod Sexus plerumq; inde discrimen cognoscitur, bonitatis etiam inter ipsas fæmellas indicia a magnitudine sumuntur. Quo enim maior est Astur, ac plures ponderis, eò censetur præstantior, adeo vt Tardius teste, in Syria Aues, quæ prædæ ac auis proseruiunt omnes, ad ponas emantur, & eò quæque maioris, quò plures penicent. Colorem aliatque eorum conditiones non curant. Sunt tamen qui contrarium sentire videntur. Nam Franciscus Carcanus Italus scribit, illos Astures pulcherrimos haberi, qui parui sunt. Terrarios verò & vniuerso magnos paruos præferri. Vnde apud Italos natum proverbium de re quapiam conuenienti, & quæ optime quadret: Alto picciolo, & Terzuolo grande.

Astur quod ab alijs Accipitribus discrepet.

9. Hist. 36.

Caput.

Oculi.
Cellum.

Crura.

Pedes.

Lib. 23.

Cauda.

Pugillares
Accipitres
qui.

Fæmine
Asturis &
maris discrimen.

Differentia à natura.

À magnitudine.

Lib. 2. de
Aucup. c. 1.

Est præterea & aliud quoddam Asturis genus, quod dimidiatum Asturem Galli demy Vator vocant, testibus Tarduo & Bellonio, qui inter Astures marem & faminam media est magnitudine, quem paucicapi epitheto, Gallicè Peuprenan: cognominant, quòd modicæ sit rapacitatis, & parum emolumentum hero adferat.

Peuprenat.

A loco.

A loco etiam seu natalibus plurimæ defumuntur differentia, quæ haud parum faciunt ad ferendam de cuiusque bonitate censuram, quòd ær seu locus natiuitatis, vt hominum, ita etiam Auium corpora ac eorum temperiem non parum immutat. Iuxta has alij dicuntur Armeni, alij Persæ, alij Græci, alij Sardi, alij Illyrici. Sunt præter hos Alpini, Hetrusci, Appuli, Calabri, Longobardi, Germani, Ruiheni, Sarmata, Islandi, Gemonenses, Carnenses, & Calamentani, qui omnes bonitate ac præstantia maximè inter se discrepant. Atque apud Accipitrarios plurimò; pro regionis cuiusq; indole æstimantur, certiq; notis omnes dignoscuntur. Astures enim in Armenia & Persia, vt testantur Tardius & Bellonius, omnibus præferuntur, deinde qui è Græcia: denique qui ex Africa adferuntur. Armeni hac ratione à reliquis discernuntur. Oculos habent virides, & pondus corporis infigne. Præstant tamen qui oculis & dorso nigricant. Persa corpore grandi est, & bene vestito plumis, oculis claris, concauis, supercilij pendentibus. Græcus capite grandi, & raris in collo plumis. Africano dorsum nigrum, & oculi similiter in iuuentute. Nam ætatis progressu rufescunt. De Armenis paulò fustius Carcanus hunc in modum tradit: Armeni, vt ab alijs accepti multum alijs præferuntur, plurimumq; ab illis differunt, ita vt quasi nullam cum alijs Asturum speciebus habeant similitudinem. Sunt admodum belli, corpore tertiarj Aquilæ nobilis (quem autem tertiarium Aquilæ nobilis illa vocet, vix in telligo, existimo tamen tertium Aquilæ pullum intelligere, eumq; marem) quam regale etiam appellant. Audacia & animo omnes cæteras vincunt. Crura habent candida, pedes magnos, & ad aucupium auium, maiorum præfertim, & campestrium optimè inserviunt. In nostris regionibus rarissimi videntur. Quod si ita est, hic Armenus, Astur, hoc nomine merito per excellentiam & simpliciter dicendus erit. Sardorum verò hæc sunt nota: Pennas habent nigras, crura breuia, femora longa, & pedes pallidos. Ad Perdicum, Phasianorum, & Coturnicum prædam quam aliarum Auium maiorum sunt viliores: Haec genus ille.

Persa.

Græcus.

Africanus.

Armenus.

Sardius.

Illyricus.

Illyrici siue Sclaui dicti in Dalmatia nascuntur, & Foro Iulij. Statura corporis plerumq; sunt mediocri, pennas habent rubras, maiori ex parte, adinstar prunarum candentium, quamuis & aliqui inueniuntur coloris flauis, aliqui etiam nigri. Pedes habent magnos, rostrum acutum ac extensum, crassumq; femora ab interna parte plana ac æqualia ad volæ manus instar, neque ita rotundi sunt, vt cæteræ Asturum species. Qui ex hisce sunt anniculi, quos Soros vocant, habeant oportet pectoris & partium anteriorum maculas maiusculas, rubras & longas, alas magnas, caudam verò non vsque ad eò longam. Qui aliquoties pennas mutarunt inter se parum differunt. Astures hi Illyrici cæteris nobiliores habentur, neque Tertiarj eorum multò minoris pretij sunt, quam Astures famina.

Alpini.

Astures alpini dicti in Apennini iugis Longobardia, Hetruria & Apulia geniti, pauci ad aucupia viles. Statura corporis magna sunt, & plerumq; tereti, pennis nigris. Natura contumaces ac refectarij, & quò sæpius pennas mutant, eò magis degenerant, & viliores sunt.

Calabri.

Calabri corpore magno, & vt plurimum oblongo conspiciuntur, pedibus se è candidis. Non defunt tamen, qui nigri sunt, neque etiam flauis: Quin & rubri & pallidi reperiuntur. Robusti hi sunt, at superbi & ad venationem Leporum viles: verum non admodum magni sunt.

Germani.

Germani Astures Accipitrarij magistris in Gallia, vt faterur Bellonius, in frequentissimo vsu sunt, & magni sunt. Horum magna copia erat in Arduenna sylua, cuius hac tempeste plurimis in locis excisæ, maximæ adhuc reliquæ extant in Leodiensi & Luxemburgensi diocesi cum alijs Germaniæ locis. Hisce oculi iris, & suprema, vbi capiti contigua est, rostri pars, item crura, tibiarum & pedes colore croceo tinguntur, contra quam Hierosolco, cui pedes pallefcunt. Caudam habent maculis latis & obliquis, partim nigris, partim canis admodum frequentibus conspersam. Pennæ colli superioris, nec non capitis magis rufescunt, & punctulis nigris plurimis itidem intertinguntur. Plumæ verò femorum, ac ventris inferioris diuersa ratione maculantur. Nam fulvæ minus, quam cæteræ notis ornantur rotundis intercurfantibus, quales in Pauonum cauda oculi figura conspiciuntur.

Sarmatici.

Sarmatici iuxta Carcanum ex Sarmatia regione Septentrionali polo antarctico proxima in Italiam deferuntur, & in altissimis etiam Islandiæ, vicinarumq; insularum, ac regionum montibus nascuntur. Sunt autem albi.

Gemonenses.

Gemonenses, qui in montibus supra Gemonam degunt, ibique capiuntur, & quorum nidi nunquam inuenti dicuntur, ob excelsum prærupti, atque inaccessibleis loci solum optimi euadit ad Auium campestrium & flumitatilium venatum.

Sunt & alij Astures non admodum magni, sed vt plurimum oblongi, ac pennis rubris, atque flauis veſtiti, qui naſcuntur in montibus Carneæ & Cadore dictis. Horum aliqui fragè faciunt & præſtantes euadunt, ſed anniculi hiſ, qui plumas aliquando exuere videntur animo ſuorum minoribus audacia præſtiterunt præferuntur. Habent & hi ſicut & reliquæ Aſturiſpecies vultus terriſtios, verùm hi minoris multò ſunt. Quamuis campeſtrium Aſturiſ venationi admodum idonei ſint, ſi ad eam eos inſtitui contingat.

Quem Carcanus Aſtorellum vocat, ſuſpicor eundem eſſe cum Semiaſtore Tardiui & Belloni, quem inter Aſturiſ Accipitrem fœminam, & matrem medium, quod ad magnitudinem attingit, ſtatunt. Hiſ incita deſcribit: Corporis ſtatura maior eſt Timunculis grandioribus, ſed roſtro, oculis, doſo, ac lûbis, pedibusque ſimillimus Falconibus. Dùm in ære æquilibratio quodam, veluti immotus ſuſpenderit. Homines ac Canes venaticos quous inſequitur, in gyrum altè volat, vt vel Alaudam, vel Perdicem, vbi in altum euolando fugâ conſpecto hotte ſibi conſulant, rapere ex:emplò ac lacerare queat.

Aſtorellus
Carcani.

Denique colore inter ſe differunt Aſtures. Quidam enim ſunt ruſſi magis quàm alij, alij ad nigrum pluſculum vergunt, alij etiam albi ſunt. Ruſſi inter hos excellunt, ſed illi magis, quibus color ille ad fulcum ſplendidum tendit. Exempla ex antedictis peti poſſunt. Subnigri, & quibus plumæ à vertice frontem verſus dependunt, pulchri habentur, ſed pauca ſuſtaſti. Albi quales dicuntur Sarmatæ obſciores ſunt, & corpulentiores, ſpecioſi & inſtitutioni faciles, ſed ceteris imbecilliores. Gruem capere nequeunt, ſed quoniam in ſublumi volant, & alii æris frigus facile tolerant, ad Aues altiuolas capiendas laudantur.

Differentiæ
Aſturiſ pen-
nes colores
Ruſſi.
Subnigri.
Albi.

In vniuerſum autem laudabilis forma Aſturiſ maioris cenſetur, ſi caput ſit modicum, facies longa, & anguſta, qualis eſt Vulturis, & ſi Aquilina ſi uilitudine referat. Fauces & gula probantur amplæ oculi magni, concaui, ac profundis iriſ exigua nigricans, narium, auſuque meatus ampli, cauda, pedesque lati, roſtrum oblongum & nigrum, collum item longum, pectus carnoſum ac craſſum, caro dura, coxæ longæ, carnoſæ, ac à ſe mutuo diſtantes, oſſa crurum & tibiæ breuia, ungues craſſi & longi, plumæ coarum verſus caudam verſantes laeque ſimiliter & caudæ ipſius pennæ, quæ etiam ſi ruſſæ & molles ſint, præferuntur. Color caudæ pronæ ſeu inferioris non alius quàm pectoriſ, cuiusque pennæ ſingulæ parte caudæ ſuperiore non nihil interſectæ ſint; Rarius color pennarum caudæ extremarum circa caules, calamoſuè ſeu neruos, 30 carundem uiget.

Aſturiſ ma-
ioris lauda-
bilis forma.

Signa verò bonitatis minorum Aſturiſ ſunt iſta: Oculi clari & ampli, capacitas aurium & oris ampla, caput paruum, collum longum, pedum digiti longi, pennæ breues, & abditæ, pedes è ſuo nonnulli viuentes, ungues ampli, digiti ex carnes, concoctio cibi facilis, excrementi meatus ſeu alius ampla, excretio p. ocul. admodum reiecta, extremitas roſtri nigra. Damnantur cum in maioribus, tum in minoribus Aſturiſ caput grande, collum breue, molle, carnoſum, plumis oppletum, pennæ colli perplexæ, & ſibi mutuo inuolutæ, coxæ breues & graciles, crura longa, digiti curui, color bædicus ſiue nigricans, pedes atperi. Cùm verò Aſturiſ nullam habentem itaque hæcæ duas, quæ ſubiade dabimus icones, vnã nempe ab Ornithologis, & alijs. imo loco poſitam, alteram à Bellonio, mutauimus, licet meo iudicio deſcriptioni parum reſpondeant.

Aſturiſ mi-
norum boni-
tatis ſigna.

Quæ in Aſ-
turiſ da-
mnanentur.


LOCVS VENATVS.


ASTVRES, inquit Petrus Creſcentienſis, naſcuntur in alpiſ, & nemoribus. Ex proximè præcedenti capite, quo de differentiis eorum à loco natali deſumptis recentiaſimus, videre eſt pleroſque in montibus alpiſ ſuis iugis, aut ſyluarum denſiſſimarum cacaminibus, locis que alijs aditu diſſicillimis, ac ſolitarijs nidulari, atque degere; quemadmodum & Aquilæ & Vultures, adeo vt quod de Vulturino nido Herodorum Britoniſ Rhetoriſ patrè Ariſtotelès dixiſſe refert, de Aſturiſ genere in Germaniæ montibus naſcente, quidam affirmare audeant. Quidam autem eaſ rupes incolunt, quæ mari adiacent, littoraque inhabitant, aut circa flumina, & aquas dulces verſantur. Alij verò locis procul ab aquis diſſiſ in continente, aut raro admodum iuxta aquas degunt. Primum genus, vt plurimum ex Auiſbus aquaticis, vt Anatibus, Auferibus, Ardeis, Gruiſbus & huiuſcemodi alijs viuunt. Hoc humilem adeo volatum prope terram, cùm prædam capiendam proſequuntur, exercet, ac clandestino quodam aſtu, ex occulto eam adouit, vt priuſquam ſeſe huius tollant aues, oppreſſas rapiat. Huic forſan non inceptè adſcribi poterit etymum illud, quod Albertus magnus de hoc nomine (Aſtu) tanquam, ſi latio ſuam deberet

Lib. 10. c. 2.

Lib. 9. Hiſt.
cap. 11.

Aſturiſ ety-
mologia.
Alberti.





originem, adfert. Vult enim ab actu maximo dici, quo in venatu vitur. Semper enim later, & prope humum præter aliorum Accipitrum & Falconum morem, Aues persequitur, & è latebris erumpens, prouolansq; ex improviso, eas inuadit. Et de hoc genere meo iudicio loquebatur Ariostus hunc in modum canens;

*Qual buon Astor, che l'Anitra, ò l'acceggia
Starna, ò Colombo, ò simil'altro angello
Venirsi incontra di lontano ueggia,
Lena la resta, e si fa lieto, e bello.*

Posterius illud Asturis genus, quod aquas raro accollit, & ferè semper procul à mari & fluijjs diffusa loca inhabitat, campestribus Auibus, vt Columbis, earumq; pullis, Gallinis, Phasianis, & Perdibus vitare solet. Depositis pennarum exuijs excelsæ cuiusdam arbori insidere consueuerunt, vt ex ea, tanquam ex specula quadam, vndiquaq; prædam despiciant, prospectam diligenter obseruent. Venantur Coturnices, Perdices, Phasianos, Cornices, Monedulas & id genus alias, in quas subito ac conspexerint, maxima velocitate, & impetu irruunt, neque persequi desistunt, donec in suam potestatem redegerint.

Quin etiam quidam alij reperiuntur, cæteros animi magnitudine, corporisq; robore vincentes, qui etiam Lepores nullo negotio rapiunt, & ex eorum ossibus magna frusta, aliquando etiam integra palmi longitudine deglutit; eaq; stomachi ingenti calore concoquunt, & quod maius est, Capreolorum etiam hinnulos, licet sine Canum venaticorum ope retinere non possunt, ita tamen feriunt, ac negotium faciunt, iniecta q; illis mora tam diu impediunt, donec à Canibus capiuntur.

V S V S. I C O N.

ATTILÆ Hunnorum Regi hominum truculentissimo, qui flagellum Dei dictus fuit, ita placuit Astur, vt in insigni, galea, & pileo eum coronatum gestaret. Hæc auis Phœbea etiam dicta est, quod soli sacra haberetur.

DE ACCIPITRE PALUMBARIO.

Cap. II.

QUEM Latini Accipitrem Palumbarium ea ratione, quod Palumbas potissimum persequatur & capiat, Græci *κατασφόρος* vocant eadē de causa. *πάσσα* enim Palumbus est. Dicitur etiā Varino & Hesichio *καβουρίπος*, & *καβουρίνος*, & *κατασφάτορος*, quasi Columbicida. nam *κα* genus inquit esse Columbæ syluestris. Quidam Germani docti viri hunc Germanicè Taubenfalk interpretantur, id est, Falconè Columbariū, quàm re-⁴⁰ctè ipsi viderint. Albertus Asturè cū Accipitre Palumbario eundem facere videtur, dū nominibus vtriusq; promiscuè & pro idē significantibus vitur. Sed si, vt omnium ferè cōcōns sententia tenet, Astur vulgò dictus, Asterias Aristotelis est, sanè Accipiter Palūbarius esse nulla ratione poterit; Nā ex Aristotelis autoritate, Accipiter Palumbarius, & Stellaris multum inter se differūt. Videtur tamen nonnunquam idem Albertus Asturem & Accipitrem Palumbarium pro diuersis denuò habere, dum seorsim suo quemq; nomine describit, vt aut non inter nouisse eos, aut nominum paruam rationem habuisse necesse sit. Petrus Bellonius, dum Accipitrem Palumbariū eum facere conatur, quem Galli simpliciter & speciatim Falconem vocant, cuius hanc, quam statim dabimus, iconem exhibet, nullis omnino rationibus nititur, præterquam vnā, eaq; exigui admodum momenti, quod Accipitrarij Galli suos Falcones Columbarū ⁵⁰etiam tanquam illicio quodam capere soleant. Sanè non solum Palumbarius Columbis vescitur, sed omnibus omnino Accipitribus hoc cōmune est, vt Columbas ceu gratam escam capiant, & interemptas dilanient, sicut ex Aristotele & Plinio satis constat, vt experientiam quotidiana omittam. Verum ita dictus est hic Accipiter *κατ'εζορῶν*, quod huic peculiare sit illis voracibus, quàm alijs quibusuis insidiari. Cū, autem ab Aristotele nihil præter nodas nomenclaturas horum Accipitrum acceperimus, difficillimum, imò *αδύνατον*, & temerarium esse existimo, de his rebus quicquam certi statuere, ac veterum nomina, nullis præsertim argumentis, huic potius, quàm illi attribuire. Videmus autem Philosophum, hunc Accipitrem Palumb

Columbicida.
Taubenfalk

Lib. 9. Hist.
c. 36.

Li. 2. de A.
uib. c. 18.

9. Hist. c. 36
Lib. 10. cap.
36. c. 37.